



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

An non præstet omittere sacrum die dominica, quàm adhibere hostiam  
siligineam. n. 75.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



# TITVLVS III.

## De Venerabili Sacramento Eucharistiæ, & Missæ Sacrificio.

### CONFERENTIA. I.

**S**acerdos Sacrificaturus die Dominico non reperit hostiam triticeam, ut ergò populus satisfaciat obligationi audiendi missam, utitur hostiâ siliginea: quaeritur itaque an non præstaret offerere sacrum, quam talem hostiam consecrare. 75.

**R E S O L U T I O** prima: Si per siliginem intelligatur species illa frumenti, quam Germani vocant Dinkel / Tessen / vel Kern / apud omnes incontesto est, hostiam ex ea confectam esse materiam, & licitam & sufficientem, consecrationis: Ratio est: quia etsi non sit Triticum strictè [Germanis Weizen] est tamen Species Tritici latius sumpti, æquivalens Tritico strictè: vocaturque per Alsatiam Weizen. Est itaque solum controversia de siligine accepta pro lecali, germanico Kocken /

ex

ex qua non pinfitur tam albus panis, quam ex filigine in priori acceptione, utilis tamen & quotidianus, etiam inter homines honestae conditionis; de qua proinde fit

76. RESOLUTIO secunda: filigo sive serale (Rocfen) probabiliter non est materia sufficiens ad consecrationem; adeoque praestat omittere sacrum die dominico, quam in hostia filiginea celebrare. Pro hac citantur D. Thom. q. 74. a. 3. & Scor. 4. Dist. 11. q. 6. n. 1. & Cuminis.

Probatum autem ex Conc. Flor. in decreto unionis; Ubi dicitur: *Tertium est Eucharistia Sacramentum, cuius materia est Panis triticeus, & vinum ex vite.* Unde Catechismus Rom. c. de Euchar. §. 12. *Nullus Panis nisi triticeus aptus ad hoc Sacramentum materia putandus est: Hoc enim Apostolica traditio docuit, & Ecclesia auctoritas firmavit.* Atqui filigo nullibi pro tritico reputatur: nec est tritico in bonitate aequalis, ut ad or & spelra: igitur non est materia consecrabilis. Dixi porro probabiliter: quia oppositum probabile censent Laym. Tan. Gob. & noster Patricius, saltem in casu urgentis necessitatis, utique propter communem ejus usum inter homines.

### CONFIDENTIA II.

77. PArochus habens plures moribundos providendos, dum non adsunt panes azymi,

con.